



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

Meditatio quarta.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

34 METHODVS S. IGNATII

hilum recideret; nihil etiam nunc potest.

2. *Ad hunc finem, &c.* Non vt cognoscat solum aut præcipue; sed *vt laudet*; non vt laudet ore solum aut cogitatione, sed *opere & veritate*, id est, verè *reueratur*; neque id leuiter & perfunctoriè, sed quantum potest ac debet; id est enim *seruire*.

3. Quâ mercede seruiet? *Tandem saluus fiet*. Illa merces est magna. Sublimius tandem aliquid cogitandum, & seruiendum Creatori quia Creator est; quia beneficus est, & dat omnia; quia Bonus est, & conseruat omnia; quia Potens est, & fecit omnia, & omnia potens in nihilum conuertere: denique quia Deus est.

Quantum potes, tantum aude

Quia maior omni laude

Nec laudare sufficis.

Meditatio quarta.

1. **C**reatus est homo ad hunc finem, &c.
Seculares quasi mediatè & longius; dixit enim, *Faciamus hominè*, &c.

Gen. 1. 26.

Et praeſit piſcibus maris, & volatilibus caeli, & beſtiis, vniuerſaq; terra. Religioſi, & Clerici immediatè & propiùs: vt can- tem gloriam tuam (inquit Pſalmiſta) tota die magnitudinem tuam. Si reliqua deinde tractare necesse eſt, id ſecundariò faciunt. Pſal. 70. 9.

2. Vide quales Angeli in Cælo, tales enim vt in terra ſint Religioſi facti ſunt; *Omnes Adminiſtratoriſp ſpiritus*, vt ſeruiant tantò accuratius, quantò vicini- Hebræ. 14.

3. Vide quam curam de populo Iſraël habuit olim Deus: eandem de te habuit, vt de Ægypto liberaret, duceret ſuperatis fluctibus, per Columnam nubis & ignis, potando de petra, Cibando de Cælo, &c. de te etiam dicet, *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis qua ego præcipio vobis*, Hunc igitur ama, lauda, reuerere: hîc finem dicendi, quærendiq; facito; neque facito diligendi. Ioan. 13. 14.

Meditatio quinta.

* **Q**Uapropter debemus abſque differentia nos habere circa res omnes creatas, &c. ita vt non quæramus ſa-